Gregorius I, Pont. Max: Dialogorum libri quattuor

Basel: Michael Furter, 1496, 1496 Seite 15



gla potestate cõtradicat: quatenus nobilitatẽ semꝑ intime regeneratiõis aspiciat: ⁊ celestis regni sibi habitaculũ moribꝰ defendat: de hac quippe nobilitate spiritus per Petrũ dicit: Uos aũt genus electũ: regale sacerdotiũ De hac quippe potestate qua vicia subijcimꝰ: Johãnis voce roboramur: qui ait: Quotq̃t autẽ receperũt eũ: dedit eis potestatẽ filios dei fieri Hãc dignitatẽ fortitudinis: psalmista ꝯsiderat dicẽs: Mihi aũt nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis cõfortatus est principatus eoꝝ: q᷑ nimirũ sanctoꝝ mens principaliter in summis erigit᷑: etiã cũ exterius perpeti abiecta cernunt᷑. Auro aũt hiacincto ac purpure bistinctus coccus adiũgit᷑: vt ante intimi iudicis oculos oĩa virtutũ bona ex charitate decorent᷑: ⁊ cũcta que coraꝫ hoĩbus rutilãt: hec in cõspectu occulti arbitri: flãma intimi amoris accẽdat. Qui scꝫ charitas que dñi simul ac ꝓximũ diligit: quasi ex duplici tinctura fulgescit. Qui igit᷑ sic ad auctoris speciem anhelat: vt ꝓximoꝝ curã negligat: vel sic ꝓximoꝝ curã exequit᷑: vt a diuino amore torpescat: q᷑ vnũ hoꝝ quodlibet negligit insuꝑ humeralis ornamẽto habere coctũ bistinctũ nescit. Sed cũ mẽs ad precepta charitatis tendit᷑: restat ꝓculdubio vt per abstinentiã caro maceret᷑: vnde et bistincta cocco tortabissus adiungit᷑. De terra etenĩ bissus intenti specie orit᷑. Et q̃d per bissum nisi candẽs decore mũdicie corporalis castitas designat᷑. Qui videlicet certa pulchrytudini suꝑhumeralis innectit᷑: q᷑ tũc castimonia ad perfectũ mũdicie candorẽ ducit᷑: cũ per abstinentiã caro fatigat᷑. Cunq̃ꝫ inter virtutes ceteras etiã afflicte carnis meritũ ꝓficit: quasi in diuersa suꝑhumeralis specie byssus torta cãdescit.

## Q[uod] rector debeat esse discretꝰ in silentio: ⁊ vtilis in verbo: Capitulum. IIII.

Sit rector discretus in silentio: vtilis in verbo: ne aut tacenda ꝓferat: aut ꝓferenda reticescat Nam sicut incauta locutio in errorẽ pertrahit: ita in discretũ silentiũ hos qui erudiri poterãt: in errore derelinquit. Sepe nãq̃ꝫ rectores improuidi humanã amittere gratiã formidãtes loqui libere recta ꝑtimescũt: ⁊ iuxta veritatis vocẽ nequaq̃ꝫ iã gregis custodie pastoꝝ studio: sed mercennarioꝝ vice deseruiũt: q᷑ veniente lupo fugiũt: dum se sub silentio abscondũt. Hinc nãq̃ꝫ eos per ꝓphetã dñs increpat: dicens: Canes muti nõ valentes latrare. Hinc rursũ querit᷑ dicens Nõ ascendistis ex aduerso: neq̃ꝫ opposuistis vos murũ ꝓ domo israel: vt staretis in ꝓ̃lio in die dñi. Ex aduerso quippe ascẽdere est: ꝓ defensione gregis voce libera huiꝰ mũdi potestatibus ꝯtraire. Et in die dñi in ꝓ̃lio stare est prauis decertãtibus ex iusticie amore resistere. Pastori enĩ recta timuisse dicere q̃d est aliud q̃ꝫ tacẽdo terga ꝓ̃buisse. Qui nimirũ si ꝓ grege se obijcit: muꝝ ꝓ domo israel hostibꝰ opponit. Hinc rursũ delinquenti populo dicit᷑: Prophete tui viderũt tibi falsa ⁊ stulta: nec aperiebãt iniquitatẽ tuã: vt te ad penitentiã prouocarẽt. Prophete quippe in sacro eloq̃o nõnunq̃ꝫ doctores vocant᷑. Qui dũ fugitiua ꝓ̃sentia esse iudicãt: que sunt ventura manifestãt. Quos diuinus sermo falsa videre redarguit: q᷑ dũ corripere culpas metuunt: incassum delinquẽtibus ꝓmissa securitate blandiunt᷑. Qui iniquitatẽ peccantiũ nequaq̃ꝫ aperiũt: q̃ ab increpatiõis voce cõticescũt. Clauis quippe apertiõis est sermo correptiõis: q᷑ increpãdo culpã detegit: q̃ꝫ sepe nescit ip̃e etiã qui perpetrauit. Hinc Paulus ait: Ut potens sit ⁊ exhortari in doctrina sana: ⁊ eos qui ꝯtradicũt redarguere. Hic per Malachiã dicit᷑: Labia sacerdotis custodiũt scientiã: ⁊ legem requirẽt ex ore eius: q᷑ angelus dñi exercituũ est. Hinc per Esaiã dñs admonet dicẽs: Clama ne cesses: sicut tuba exalta vocẽ tuam. Preconis quippe officiũ suscipit: quisquis ad sacerdotiũ accedit: vt ante aduentũ iudicis qui terribiliter sequit᷑: ⁊ ipse scilicet clamãdo gradiat᷑. Sa

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT

http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-493/0335

Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt

gefördert durch die DFG